

Alte Drucke

**PII MANES || HONESTISSIMAE MATRONAE || MAGDALENAE,
REVERENDI VIRI VALENTINI SCHONERI || DVLCISSIMAE
CONIVGIS, NONIS DECEMBRIS ANNO NOVISSIMI || ...**

Schoner, Magdalena

Smalcaldiae, 1586

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-148767

PIIANES
HONESTISSIME MATRONAE

MAGDALENAE, REVERENDI VIRI VALENTINI SCHONERI
DVLCISSIMAE CONIVGIS, NO DECEMBRIS ANNO NOVISSIMI

temporis 1586. pie defunctorum atq; moestum Maritum
antur.

Hoc sacro capiam qua marmore clausa quiete,
Optime si fors an scire Viator aues:
Magdalena vocor: Smalcaldia nomen & ortum,
Qua tamen haud licuit funus habere, dedit.
Quam prius in thalamos fueram progressa pud-
Bis duo sunt vite lustra peracta mea. (cos,
Inde VALENTINO nupsit pia Sponsa SCHONERO,
Ut celebri fama, sic pietate, viro:
Qui tunc in patria spargebat semina terra,
Semina doctrinae, CHRISTE, sacrata tua.
Hac quod in illustri, cui ZIEGENHAINIA nomen,
Non sine successu, nunc ditione facit.
Vnanimis quo cum vixi tria coniuge lustra,
Adde quibus menses quinq; diesq; decem.
Sic septem licuit vite vix soluere lustra,
Quando dedit summum Parca seuera diem.
Non vitale tamen lumen sine prole reliqui,
Gaudeo me Dominum prole beasse meum.
Quattuor huic natos genui, totidemq; vicissim
Natas, legitimi pignora chara thori.
Ex his una meam voluit praecurrere mortem,
Illorum pariter succubere duo.
Ergo vel ad caeli si lucida sidera vultus
Tollere, vel terras voluere mente velim:
Vndiq; me capiunt chari dulcedine nati,
Conati matrem me retinere suam.
Qui superas habitant auras, sua gaudia narrant,
Hisq; simul cupiunt me sine fine frui.
Qui remanent terris: miserranda voce precantur,
Ne miseros genitrix deseruisse velim.
Qua minor est natu, cum primis filia pectus
Vulnerat, & sletu viscera moesta secat:
Namq; tribus septem si lucas mensibus aufferis,
Huic quod sit vite perbreue tempus, habes.
Sic qua nata fuit vix, redditur orba: fouenda
Auxiliis atas hac genitricis erat.
Nec non ipse suis lachrymis & voce Maritus
Me petit, amplexus obiciendo suos.
Eligo, quod melius, fatisq; iuuantibus, astra,
Cum natis Christum, scando, videre meum.
Cetera, qua vite, dilecte Marite, supersunt,
Commendo cura pignora quinq; tua.
Nec te sollicitent ea, qua tibi morte relinquo,
Nutriet hac sine me, qui dedit, ipse DEVS.

Fac modo, quo CHRISTUM, qui nobis causa salutis,
Cognitione sciant, & pietate colant.
Et discant aliquid, quod vita postulat usus:
Caelesti manda cetera cuncta patri.
Quod superest, te, chare, precor, dulcisq; Marite,
Ne luctum pergas multiplicare tuum.
Nil te continuis iuuat indulgere querelis:
Niltacitos manes murmur inane iuuat:
Nil gemitus profunt: manet irreuocabilis hora:
Flectuntur nulla fata suprema prece.
Nec mihi grata foret, si mors reuocabilis esset,
A cunctis cum sim libera facta malis.
Quam mihi praefixit diuina potentia metam,
Non fuit hanc hora fas superasse breui.
Vixi, quod potui, natisq; tibiq; Marite
Optime, nunc vobis mortua, viuo DEO:
Viuo DEO: meritisq; tuis, bone CHRISTE, salutis
Parte perpetua prosperitate fruor.
Sedibus aethereis donec nos iungat vtrinq;
Et DEVS, & dulcis nos miseratus amor.
Tunc amor, amplexus, & gaudia vera redibunt,
Qua prius in terris nil nisi fumus erant.
Quod fore speratur: cum lux dabit ultima mundi:
Exeat e tumulis ut caro nostra suis:
Intrepida faciat quam vobis mente videndam,
Cuius in arbitrio vitaq; morsq; manent.
Interea longum nati nataq; valete,
Et moestum obsequiis exhilarate patrem.
Tuq; Marite vale: natis tu viue superstes,
Inficiat donec cana senecta caput.
Qua vero fuimus suprema voce locuti, (mor.
Qua sumus in tumultum carmina sculpe me-

EPICEDION
eiusdem.

Casta VALENTINI parua sub mole SCHONERI
Hic posuit cineres vxor humata suos:
Vnanimis tria transegit cum coniuge lustra:
Octo sacri genuit pignora chara thori:
Religione DEVM coluit: complexa Maritum
Et natos vera, qua sine labe, fide.
Verum quingentis annis & mille peractis,
Vicenisq; quater, sex superadde quibus:
Virginis a partu: quinta sub luce Decembris,
Corpore discessit spiritus, astra petens.

Christophorus Formicarius lugens
faciebat 12. Decemb. anno 1586.

SMALCALDIAE
Michael Schmuck imprimebat.

MATRONA

ET VENERABILIS SCHOLASTICAE

DECISSIMAE ANNO DOMINI

MDCLXXII

Incipit Liber Primus de Matrona
et Venerabili Scholastica
de Decisima Anno Domini
MDCLXXII
Incipit Liber Secundus de Matrona
et Venerabili Scholastica
de Decisima Anno Domini
MDCLXXII
Incipit Liber Tertius de Matrona
et Venerabili Scholastica
de Decisima Anno Domini
MDCLXXII
Incipit Liber Quartus de Matrona
et Venerabili Scholastica
de Decisima Anno Domini
MDCLXXII
Incipit Liber Quintus de Matrona
et Venerabili Scholastica
de Decisima Anno Domini
MDCLXXII
Incipit Liber Sextus de Matrona
et Venerabili Scholastica
de Decisima Anno Domini
MDCLXXII
Incipit Liber Septimus de Matrona
et Venerabili Scholastica
de Decisima Anno Domini
MDCLXXII
Incipit Liber Octavus de Matrona
et Venerabili Scholastica
de Decisima Anno Domini
MDCLXXII
Incipit Liber Nonus de Matrona
et Venerabili Scholastica
de Decisima Anno Domini
MDCLXXII
Incipit Liber Decimus de Matrona
et Venerabili Scholastica
de Decisima Anno Domini
MDCLXXII